

*Extract of 2 Letter written to the Publisher, concerning a
Factitious Stony matter or Paste, shining in the dark
like a glowing Coal, after it hath been a little while ex-
posed to the Day- or Candle-light.*

Clarissimo Viro

Domino Henrico Oldenburgo, Illustrissimæ Soc. Regiæ Seer,

Salutem & observantiam

Christianus Adolphus Balduinus.

— *Quanquam elapsò proximè anno officiosissimè scriptas
tuas literas testari continuò debuissem quanti fa-
cerem, religioni tamen duxi id facere, antequam Phosphorum
meum modis omnibus absolutum darem conficerémque: Quod
cum non multò ante præstiterim, ecce Tibi eundem in theca
argentea inaurata; quem, ceu munus exiguum, si fas sit petere à
Te, bumillimâ subiectione deferre velis cum ipsi Regiæ Majestati
tanquam Fundatori & Patrono Societatis Vestræ, in primis;
tum verò Ejusdem Praesidi Illustrissimo, ceterisque Assessoribus
& Collegiis gravissimus; nihilque intermittere velis, quodcunque
vel Clementia Regiæ, vel Favori tantorum Virorum conciliando
facere arbitreris. Latet in Phosphoro isto ignis & luminis Naturæ
realis scintilla, imò secretissima anima, proindeque intrinsecus
atque invisibilis Sopborum ignis, visibilem Solis ignem magneticā
ratione attrahens, splendorēmque ipsius vicissim in Tenebris emit-
tens ejaculansque. Quo istud accedit non minus mirum, Signa-
turam nempe Solis contineri in Universali isto Magnete unde
confectus idem ille Phosphorus est; quod quidem ex adjunclo*

*Schemate Phænomeni * (per dies*

* Hoc phænomenon repre- aliquot durante) liquidissimè patet.
sentat in vase vitro complures
imagines Solis, majores, minorcs; in quas materia, ab Authore nostro adhibita, ju-
cundissimo, ut videtur, spectaculo, abiisse conspecta sunt.

Atque

*Atque inde non est, quod subiecto isto uti desistam in Chymicis
meis laboribus continuandis, quod multò majora mihi propediem
dignioraque ex se spondeat, quorumque magis arcana ratio.
De quibus omnibus, philosophicā consuetudine, Societati Illustris-
tissime relaturus per literas sum quæcunque certis Experimentis
comperero. Servet te Deus, & me porro affectu tuo complectere.*
Scrib. Haynæ, d. 1. Sept. 1676.

THIS Present being, according to the tenour of this Letter, presented to his *Majesty*, and afterwards to the *R. Society*, it fully justified the generous Presenter in the Experiment, made before them both, at several times; and that not only by Day-light, even when the Weather was gloomy and misty, but also by the Flame of a Candle. And 'tis hoped, that the said Presenter will so far extend his generosity, when he shall understand the gracious acceptance his Present had with the Royal Founder of our Philosophical Company, and the pleasure, it gave to the Gentlemen that compose it, as to impart to them the way of preparing the same; to be Recorded in their Register books, as a perpetual Monument of his ingenuity and frankness.

An Account